Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

bus apud quas hospitabat.

Hinc accidit ut dns castrorum et urbium per quas perdicabat itinere utpote carnaliter fessus. die quadam luca testante introiuit in quoddam castellum. et her mulier martha nomine excepit illum in domum suam. impleta profecto quod dicit. Quasi colon uenitur est in via. et si uiator declinans ad manendum in ede scilicet marthe. Quere felix et ualde gloriosa. que tantum hospitem meruit habere. angelorum panem pascens. a qua ipsa pascebat. Quam felix et gloriosa est mulier illa. qua ilius tam dilexit. quod ab ipsa uoluit hospitari et pasci. Illum magnum et admirabile hospitem suscepit. qui angelos et homines hospitat et pascit. Det mihi quam abraham hospicio suscepit. deum scilicet et hominem. Illum magnum regem regum et dmn dnorum. qui solo palmo omnia concludit. qui ut iob refert. celo est excelsior. inferno profundior. terra longior. mari latior. quem celum et celi celorum capere nequeunt. quem multi prophete et reges noluerunt uidere et non uiderunt. et audire et non audierunt. ipsum hospicio suscepit et pauit.

Res gaudio plena. et laude digna. Hospitato dno in ede una. quoque durum sororum martha scilicet et maria magdalena. sibi proprium agendum quo magis deo placeret elegit. Maria optimam partem elegit. sedes secus pedes dmi. audiebat uerbum oris eius. pasci quam pascere malens. Martha autem satagebat circa frequens ministerium cibor. Adeoque quod tantum ac talem hospitem ede susceperant. cum cura summa studuit illi seruire. laterem mundare. accubitus ornare. tabaria preparare. sed uidebat ei quod etiam tota laris phalanx sufficere non poterit tanto heroi adseruiendum. nisi eius soror adpparandia prandia ei sub ueniret. Volebat enim ut unum salit omnis corporis domus dapes prepararet. Adeo stetit in lari medio stupefacta. et superhaere conqrens clementi iudici aut. Dne non est tibi cure. quod soror mea reliquit me sola ministrare. Dic ergo illi. ut me adiuuet. At ipse qui non est personarum acceptor. quod diuisorum seruientium diuisa sibi collata seruitia amat et recipit. sic officium unius laudat. ut alterius non uituperet. Martha inquiens. martha sollicita es. et turbaris erga plurima. Porro. unum est necessarium. Maria optimam partem elegit sibi. id est uitam spiritalem que non auferet ab ea. quia cum illa uita perrapiet eternam. Una quoque urum officium quod sibi elegit proficiat. et saluabit. Ipsa pro salute anime pugnat. tu uero pro salute corporis laboras. Age quod cepisti. et saluaberis. Nam bonum opus in thamtibus corona promittit. sed preuentibus dat. Hinc patet. quia actiua uita sed ecclie quam martha minuit. absque contemplatiua uita persistere. aut etiam summo regi placere nullatenus ualet. aut contemplatiua uita quam maria significat. sine actiua uita stare nequit. Qua propter uniuscuique istarum feminarum officium sibi electum. clemens hospes